



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Et uidit Deus opera eorum, quonia[m] reuersi sunt a uiis suis malis &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

INIONAM

eam diuini Verbi portiunculam, usq; adeo utilem &
frugiferam sibimetipsis reddiderunt ad salutem, in de-
cūs, & ignominiam Iudeorum iuxta ac Christiano-
rum, qui tanta uerbi affluentia, non nisi in nostram
pernitie imp̄issime abutimur. Quapropter Christus-Incredulitas
stus Matth. 12. Niniuitas Iudeis, atq; adeo nobis omni nostra-
bus, p̄eponere non dubitat, affirmans eos surrectu-
ros in iuditio, atq; hanc generationem condemnatu-
ros, qui ad Iona p̄ædicationem, nihil cunctantes re-
sipuerint, & ecce plusquam Ionas est hic. Et hoc qui
dem non iniuria, cum ne dimidiam quidem partem ue-
ræ pœnitentie, qua ducebantur Niniuitæ, impenda-
mus, tot minis & promissis à Deo lactati, & p̄æ-
moniti, cum Niniuitæ unicis minis perterriti, citraq;
ullam p̄omissionem recreati, sic copiosam, sic effica-
cem fidem p̄æstiterunt. Verum enim uero ita semper
agitur, ut ubi minime effusa est Verbi diuini copia,
ibi sitiatur & desyderetur maxime, ubi eiusdē est af-
fluentia, ibi ferè fastiditur atque contemnitur.

Et uidit Deus opera eorum, quo-
niā reuersi sunt a uiis suis malis &c.

Hic hic (clamabunt) commendantur opera. Quid
uero illorum uociferationibus & queritationi respon-
debimus? Hic uero iusticiarij parta uictoria adornant

I iij

COMMENTARIUS

triumphum, sed nescio an sint triumphaturi. Tu uen-
ba textus accuratius, & rectius quam illi solent, inspi-
ce, sic enim dicit. Deus uidit opera eorum, hoc est pla-
cebant illi. Sed cuiusmodi opera? Hæc ipse interpre-
tando nominatum perstringit, quoniam reuersi sunt,
inquit, à uis suis malis. I nunc & eiusmodi opera di-
isce tu quoq; & doce alios, ac dum Deum, nedū op-
rum iactantiam tibi fauebimus, sed ipsi quoq; in pa-
tem iactantiae ueniemus. A malis uis deflectere, inq
ueram innouare uitæ uiam regredi, non est uulgar
opus, quod in se non complectitur ieiunium aut sa-
corum amictū, sed ex animo in Deum credere, pro-
ximumq; ut se ipsum diligere, hoc est totius homi-
nis probitatem, & iustitiam externe, & interne, &
anima & corpore iustificati requirit. Siquidē Dei
totum hominem habere cōtendit, extremo odio pro-
sequens, qui neq; sunt calidi neq; frigidi, aut utroq
pede claudicant.

CAPVT III

Et contristatus est Jonas ualde &
iratus est &c.

Age quæso quis nō merito miretur inauditam,

Vite innova-
tio.